Christi tui.) De hoc nomine, quo vel rex David jam unctus, & designatus intelligitur, vel Messias Dominus noster rex, propheta, sacerdos, egimus Psalmo secundo *a*.

a vers. 2.

Vers. 9) Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos usque in æternum.

QUoniam tu fortitudo plebis tuæ es, tibique cura maxima tuendi, & conservandi salutem, ac munera quæ contuleris: serva populum, super quem voluisti ungi me in regem *b*, & cui omnia pro boni regis officio bene opto, libera eum ab omni malo. Impertire benedictionis, atque largitatis tuæ dona eidem populo, qui tuus est, qui tuus est peculiariter *c* ex omnibus populis aliis: reges, ac pasces tanquàm pastor bonus. Evehe hæc super inimicos, & in futuro sæculo ad æternæ gloriæ sublimitatem. Allegoricè Christus, quo tamquàm Ecclesiæ capite jam glorificato, super est ut corpus ejus pariter glorificetur; Patri dicit, vel Propheta Christo, ut populum, qui, ac quisquis est sanguine Christi, aut Pater, aut Christus salvum faciat, ut benedicat justificando, ut regat conservando, ac progrediendo in hac vita, ut extollat, & exaltet glorificando in æternum. In sermone sub cœnam *d* Christus Patrem oravit, ut servaret discipulos, pro quibus sanctificabat se ipsum; nec non illos, qui crediturí essent per verbum illorum in se.

b 1. Reg. 16. 13. 2. Reg. 5. 3. 21. & 7. 24. c Exod. 19. 5. Deut. 6. 6. 4. & 26. d Joan. 17. 21. 15.

Domine.) Addidit hoc nomen interpres Latinus: quod eamen in Psalterio Ambros. non extat: *salva plebem tuam, & benedic hæreditatem tuam*; nec videtur Augustinus legisse. Et tamen in hymno, qui Augustini, Ambrosiique dicitur a Dativa Episcopo Mediolanensi vetusto, (de quo Gregorius *f*, cujus initium: *Te Deum laudamus*, unus hic recitatur versus cum nomine *Domini*: Viget de composito aeternitatis hymno illo ab Ambrosio, & Augustino, postquàm hunc ille baptizavit, Traditio: de qua Radulphus Tungrensis *g*, Bartholomæus *h* Urbinas, qui citat Datium. Antonius *i*, Petrus de Natalibus *k*, Durandus *l*, Beletus *m*, Jacobus de Valentia *n*, Bellarm. *o*, Rutilius Benzonus *p*, & alii: mentioque præterea fit in hymno, quem recitant Augustiniani, ad laudes in Commemoratione S. Augustini, cujus exordium,

Augustini, & Ambrosii hymnus.

Alma parentes genitus.

Et Dativus ait ab universali Ecclesia frequentatum: in Regula quoque S. Benedicti præscribitur, ut post lectiones recitetur.

a Chron. lib. 2. cap. 10. f 3. Dial. c. 4

g lib. de Canonum ob. serv. prop. 13. h Præfat. in Mellea-quium Augustini. i 2. Par. Hist. Tit. 10 § 1. k In Catalog. Sanctorum l. 10. c. 128. l. 15. Rationalis divin. officii c. 3. m Cap. 26. n Super hoc Canticum. o 1. de Beatis oper. cap. 14. p Lib. 1. in Can. Missæ c. 19.

Obstat nonnihil, quòd paullò aliter tùm Psalterium Ambros. tùm Augusti. ut dixi, quam nostra habeat editio, cum qua concordat dictus hymnus, legunt versiculum istum: nec Patres illi alio modo usurpaturi tunc viderint fuisse Psalmum, quàm qui usitatus esset. Sed a leò receptæ Traditioni propterea contradici non debet, quæ divinis quoque nonullis visis confirmatur, de quibus citatus Valentia, & Speculum exemplorum, *q*. Deprehendi quoque, non raro, longe aliter Ambros. & Augusti. legere textum Psalmorum quàm sit in Ambrosiano Psalterio.

Traditionis ratio præter eor roboratio. p Disp. 3. cap. 18 In Ambrosio & Augustino observata circa textum Psalmorum

Benedic hæreditati tuæ.) Dixi Psalterium Ambros. legere *Benedic hæreditatem tuam*. Id non tanti refert quanti quod Romanum legit, *Benedic hæreditati tuæ*, nam hoc significat peti Benedictionem pro hæreditate populi: ita ut sit idem (*tuæ*) atque (*illius*:) Vel pro hæreditate Christi, pro qua Psaltes orat Deum.

Ad litteram populus Hebræus *hæreditas Dei* sæpè numero appellatus est. Christo verò promissæ sunt Gentes *in hæreditatem* r. Hæreditas populi Hebræi erat promissionis Terra: anagogicè hæreditas omnium electorum est felicitas, licèt simul sit merces, ut alias docuimus. *Benedictio* largam significat bonorum communicationem, quæ maximo erit Electis, quos Christus benedictos Patris sui nominabat in Judicio *s*: quo Calsiodorus ait hæc verba spectare. Emphasim habet, *hæreditati tuæ*, nullos enim est qui hæreditatem, ac ditionem suam non auctam velit. Ergò *benedicere*, ac *augere hæreditatem* redundat in gloriam Dei, qui eò pluribus ac melioribus imperabit.

r Psal. 2. 8.

s Mat. 25. 34.

Rege eos.) Hieron. *Pasces eos*, hoc sonant Hebræa רְעֵם *rehhem*, & Græca, ποιμανεῖ αὐτούς. Et jam sæpiùs monuimus Autores, cùm profanos, tùm sacros, reges *Apastores* appellare; & regere. *pascere*. Idem valet Chaldæum verbum זון *zun*, videlicet *pascere, cibare*, &c. In Psalterio Ambrosiano, *Rege illos*. Si *hæreditas* priùs posita solam significaret ditionem terræ, quasque appellant possessiones, ereiceret oratio, & loquentis affectus: quia minor impenditur agro, quàm gregi. Et si sequens verbum (*extolle*) ad pullos, sive etiam ad filios referre placeat; minor adhùc erga gregem quàm erga istos. Non solet *Dei hæreditas* dici terra ipsa, sed populus habitator terræ promissæ: & si quando eo modo dicatur, per Metonymiam intelligitur, qui continens ponitur pro contentis. Nihilominus dicta quoque ratione potest admitti orationis affectusque illud incrementum.

t Exod. 15. 7. Ier. 2. 7 & alibi.

Extolle illos, Hieron. *sublevа*, ὕπαρον. Præter allatum sensum, ut populum Deus super omnes gentes attollat, ut is omnes ante eat, ut præcellat: & secundùm Anagogen, ut evehatur ad altitudinem sempiternę beatitudinis, non improbabilis est alius, ut de pullis, aut de pusillis libris intelligat, quos velut aquila, & nutrix foveat; tollat, portet. Exemplum primum est in Cantico Mosis u *expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portavit in humeris suis*. Ubi est idem Hebr. verbum נשא *nasa* quod habetur hoc loco: Aliud extat capite primo Deuteronomii x: *Portavit te Dominus Deus tuus, ut solet homo gestare parvulum filium suum, in omni via, per quam ambulastis*. Verbum item Hebræum illius loci est idem, sed Græcum προεφορτίσε, priore loco ἀνελαμβάνων. Apud Isaiam y non dissimilis locus, *Angelus faciei ejus salvavit eos: in dilectione sua, & indulgentia sua ipse redemit eos, & portavit eos, & elevavit eos*, וישאם *jenassem*. Ὑψωσεν αὐτούς, *elevavit eos cunctis diebus sæculi*.) Hoc voluit etiam Paulus z propitiatorem Christum propositum scribens *in sustentatione Dei*, ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ: hoc est, ut qui justificantur, sustententur a Deo, & benignè recipiantur.

u Deut. 32. 11. x vers. 33. y cap. 63. 9. z Rom. 3. 25. 26.

Usque in æternum.) In Psalterio Romano: *Usque in sæculum*. Hoc ait, opto, concedas populo meo, immo tuo, ut non tantùm quamdiu vivo, sed & posteà, semperque, ac in æternum. Quod maximè verum de bonis spiritualibus; atque de beatitudine.

PSALMUS VIGESIMUS OCTAVUS.

OCTAVUS.

Psalmus David.

1 In consummatione tabernaculi.
Afferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum.
Afferte Domino gloriam, & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: adorate Dominum in atrio sancto ejus.
3 Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit: Dominus super aquas multas.
4 Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.
5 Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.
6 Et comminuet eas tamquàm vitulum Libani; & dilectus quemadmodum filius unicornium.
7 Vox Domini intercidentis flammam ignis.
8 Vox Domini concutientis desertum: & commovebit Dominus desertum Cades.
9 Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condensa: & in templo ejus omnes dicent gloriam.
10 Dominus diluvium inhabitare facit; & sedebit Dominus rex in æternum.
11 Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace,

TITU-

TITULUS.

Vers. 1.) In consummatione tabernaculi.
Afferte Domino filii Dei, afferte Domino filio arietum: afferte Domino gloriam, & honorem.

IN Hebræo nullus alius titulus extat quàm מזמור לדויד *Mizmor le David, Psalmus David*, vel *Davidis*: & in Chald. textu תושבחתא לדויד *thuschbachtha le David*, nec plura erant in hexaplis Origen. ut Theodoretus testatur, Scholiumq; Græcum. Græcè plures legunt Εἰς ὠιδήν, ut Basilius in homilia, ac Theodoretus, Nicephorus, Euthymius, & Hesychius. Sed hìc in Psalmum trigesimum: ubi tamen cavendus, quum inscriptiones, titulosve Psalmorum reprehendit, ac nominatim istum.

ARGUMENTUM.

FIngit autem Hesychius explicationem Tituli, quam reprehendit, esse, ut significetur Psalmum dictum esse circa exitum festi scenopegiæ, sive tabernaculorum, sive de exitu illius, ac fine, qui finis erat septimo die, quia tot diebus celebritas constabat. Nulla, inquit, hic mentio tabernaculorum, sed de victoria contra hostes, & hæc haberi potest opinio secunda.

Tertiò loco Basilius, Euthymius, Nicephorus, existimant titulo indicari præceptum Sacerdotibus, ac Levitis de tabernaculo, vel templo exeuntibus, ut præpararent necessaria ad cultum Dei in diem sequentem: sed moraliter quid nobis ad egressum de tabernaculo corporis nostri præparandum sit. Affinis tropologia Nysseni *a*, ut hic adhùc viventes abstrahamus animum quoad possimus à corpore, utque illum, quod continet sequentis titulus Psalmi, dedicemus Deo. Videtur mihi Apollinarius idem sentire secundùm litteram:

Nysseni tropologia a Tract. 2. in Psal. 6.

Ὅτι δεῖ ὕπνος ὑπὲρ μέλιτος ἡδεῖός ἐστιν
Ἀκοὺειν ἐς μεταδιαιτᾶσθαι σοφὸν φόρμιγγι λιγείᾳ νόον.
Octavum circa finem mundi; carmen ex tabernaculo veniens
David resonuit sapientiæ citharæ modulans.

Quarta sententia Basilii in scholiis brevioribus, ac Theodoreti, Ezechiam post victoriam de Assyriis præcepisse populo, ut hostiis gratitudinem redderent, ita ut per *cedros, aquarum vocem*, multitudinem, de quibus hìc mentio est, inimici tropicè designentur.

Per cedros & aquarum multitudinem quid designetur.

Quinta quorumdam apud Theodoret. Psalmum *b* David editum, quum aream reduceret. Sequitur hanc opinionem Hieron. Ruffinus, Remigius, Haimo, & alii Latini. Favet Athanasius, dicens cani Psalmum, ejecto Israelis populo, Gentibus ejus vice accitis. Consentit Eusebius, sed ita omnes, ut sub typo sermonem dicant esse de Ecclesia. Confirmat Bredembachius post Eusebium, ex Psalmo, qui in aream translatione recitatus scribitur *c*; & partem continet nonagesimi quinti, in quo habentur his similia. *Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam, & honorem, afferte Domino gloriam nominis ejus: tollite hostias*, &c. Quia in te præludebat David in Spiritu ad translationem Gentilitatis de potestate Diaboli in Ecclesiam, quæ tandem etiam transferenda est in æternum tabernaculum: & invitabat omnes ad oblationes spirituales Deo, tùm præcipuè Spiritus S. personæ, cujus donis septem per *vocem* hìc septies repetitam designantis sanctificanturi: & ut caveant, inquit Haimo, errorem, quòd sit minor Spiritus S. Patre, & Filio.

b 1. Paral. 16. per tot. cap.

Sub typo sermo de Ecclesia hoc Psalmo c ibidem.

Errorem caveat.

Cassiodor. hunc ut litteralem, solum sensum affert de perfectione Ecclesiæ, & de laude Spiritus S. Quæ hoc pacto censeri potest sententia sexta.

Septima Hesychii, docet Psalmum, quæ Christo quilibet offerre debeat, bonum scilicet ex corde, tùm factis

A tùm verbis: hæc enim ab homine exire: ideirco meritò inscribi, *In tabernaculi exitu*. Eugubinus tres alios refert dicendi modos: Psalmum dictum esse super lata lege, ac portentis, quæ tunc acciderunt *d*: super miraculis naturæ: super rebus gerendis: à Messia, & populis illius. Sed in his, tituli ratio non habetur: & Eugubino magis placet secundus. Amplectitur quadam ex parte primum Cajetanus, volens invitari populum ad cultum Dei in templo, commemorando antiqua beneficia usque ad terram promissionis adeptam.

d Exod. 19. & 20.

Sed spectato rursum titulo, undecima opinio Arnobii consummationem tabernaculi esse consummationem Mundi, ac finem, in quo filii Dei (videlicet Angeli) offerent Deo, *filios arietum*, seu agnos, id est, electos, ad dexteram judicis, ut adorent eum in aula sancta, hoc est, in eodem Christo judice, in quo habitat plenitudo Divinitatis *e*.

e Coloss. 2. 9.

Duodecima apud Agellium, ut indicetur prisci illius tabernaculi dedicatio sub Mose in deserto, quando principes Israel capita familiarum, qui erant per singuB las tribus, obtulerunt munera Domino, ut narratur libro Numerorum *f*. Item Anton. Agellius amplectitur primam, quam rejectam dixi ab Hesychio, ut quia ἑξδοον octavum solemnitatis diem significat, quam Hieron. *collectam* solet vertere, quando simul collecti ad atrium tabernaculi, aut templi, consummatis festis diebus Deum adorabant; hoc loco accipere debeamus diem octavum Scenopegiæ, sive tabernaculorum propter expressum nomen σύλλω: rectè autem Latinus interpres *consummationem* dixerit, quoniam ἄξδοον, seu *collecta* consummatio dierum festorum erat: nam & ita consummatis diebus rediisse Christi parentes, Lucasg scribit: & paraphrastes Chaldæus diem octavum, qui est celeberrimus *h*, vocat כנישין *dhenischin*, *collectæ*. Quo nomine atque *cœtus* idem dies expressè *i* minatur Latinè, Hebraicè עצרת *hhatzereth*, Græcè ἑξδοον in Levitico *j*, & Deuteronomio *k*, & secundo Paralipomenon *l*, & secundo Esdræ *m*. Ribera *n* noster benè refellit existimantes, *collectæ*, ac *cœtus* festum dictum à colligenda pecunia in usus pauperum, aliosves communes præferCtim sacros: vult autem vel post septem dies tabernaculorum, quibus peregrinatio denotabatur in deserto conveniisse festivè una populum: vel ultimo ex Azymorum diebus, qui referebant celerem, ac trepidam ex Ægypto fugam *o*, ut suam gratularentur liberationem & promissæ terræ possessionem. Rabbi Mosen *p* docet, quòd exitus de festo tabernaculorum ad octavum diem festum erat ad complendum in ipso die genera lætitiæ, quæ non poterant consummari in umbraculis, sed in domibus magnis, & in habitationibus securis. Ergo celebris illa gratiarum actio, qua cœtus, & collecta Hebræorum Hebr. עצרת *hhatzereth* claudebat celebritatem tùm solemnitatis azymorum, tùm tabernaculorum, & exibant, revertebanturque de loco sancti. in urbes suas, Græco vocabulo dicebatur ἑξδοον. Titulus autem Psalmi ad tabernaculorum festum respicere videtur, ob nomen σύλλω, ut dictum est.

f l. 7. ab urbe cond. Exodia Livio quid sint.
g l. 2. c. 15. h In Tiberio. c. 45. i Satyr. 5.
j Satyr. 3.

Ex adeò multis opinionibus hæc quæ modò exposita est, ac primo loco posita fuit, minimè displicet post quintam, nam quinta sectatores plures habet de Græcis. Latinisque, ac nomen singulare σύλλω magis indicat unum illud tabernaculum constructum colendo Deo, quàm Tabernaculorum festum. Livius *q* Græcam vocem Latinitati donans, *exodia* nominant cantica ridicula intexta versibus, quæ histriones è scena exeuntes, cantabant potissimùm in fabulis Atellanis. Docent idem Pollux *r*, & Sueton. / Meminerunt & Poetæ, ut Juvenalis *s*.

q l. 7. ab urbe cond. Exodia Livio quid sint.
r l. 4. c. 15. s in Tiberio. c. 45. t Satyr. 6.

Urbicus exodio risum movet Atellanæ
Gestibus Autonoes.

Item —— *tandemque redit ad pulpita notum* u.

u Satyr. 3.

Exodium.

Inde *exodiarius* apud Ammianum annumeratus auriga, venatori, histrioni. Usurpant quoque pro exitu, sineque cujusvis rei, exodium veteres auctores Latini, ut Varro, Apulejus, Festus, Nonius. Consulendi, Suidas, Hesychius, aliique in Lexicis cùm Auctore Thesauri Græci, qui eamdem etiam tradunt esse notionem ἔξοδον. Arist. *x* quidem ἔξοδον scribit esse μέρος τραγῳδίας μετὰ ὃ οὐκ ἔστι χορικὸ μέλος: *partem tragœdiæ, post quam non est cantus*, quia nempè post ultimam chori cantilenam fabula

Exodiarius. Exordium.

x de Arte post. c. 10.

hula jam ad exitum, finemque properat, & in ipso exitu postremò qui ἀροδος, & σωιξοδος cantabatur, dicebatur ἔξοδος seu ἐξόδιον: Hec non vacat expendere, ut nec πάροδοι sive παρωδίαι, quam accedebat chorus: παροδεύειν, quo tempore canebat: εἰσόδιον quandò ingrediebatur, σωιδεῖν, si stans canebat: si turius ingrediebatur. ὑπορχεῖσθαι, ποδοψ. Legantur Tractatus de Poetica, præsertim Julii Cæsaris Scaligeri a.

a l. 1. c. 9. & 30.

Isti opinioni obstat nonnihil, quòd in discessu à tabernaculo, vel consummata celebritate translationis, ac dedicationis ejus aræ quum illo, minùs ad rem videtur provocario, & invitatio ad offerenda munera. Sed repondendum est, quod tunc alacriter, cùm suo fecissent rege, hortari regem ipsum carmine, ut sæpiùs eodem pacto facerent, maximè verò propter memoriam illius rium operum Dei tùm in universitate naturæ, tùm in singulari adversus ipsos providentia.

Mysticum simul complectimur de Ecclesia sensum, nec alios morales, aut anagogicos indicatos respuimus. Finito, consummato, ac veluti exeunte tabernaculo, temploque Judaico cum ritibus legis veteris, Christo B egresso de corporis corruptibilis tabernaculo, postquàm id renovavit ad immortalitatem, successit Ecclesia hic peregrinans, donec ad non manufactum tabernaculum perveniat. Attulit Deo *filios arietum* istorum per Evangelii prædicatores, ad quos levavit Deus manum, & exaltavit signum in ulnis, & super humeros c.

b Heb. 9. 11.

c Isa. 49. 22. Citra Divinum officii observationes in recitatione psalmorum d Mat. 2. 1. & seq. e Psal 94. 1. & de Divin. offic. cap. 10. & Theophr. f Mat. 2. 4. g Psalmus 4. 5 cur præpostero ordine cantetur. h Pl. 45. 2. & Eccl. offic. c. 14. Alia ratio, cur omittatur in epiphania Invitatorium. k Mich. Timoth. Tract. 2. in Divis. p. 3. 35. & 36. Tertio nocturno cur canatur Psalmus invitatorius. De hoc Psalmo peculiariter scripta.

Porrò quia inter filios ex Gentibus Magi d cunabula Christi prævenerunt, Ecclesia die Epiphaniæ Psalmum autem, *Venite exultemus*, rejicit ad nocturnum tertium: canſam Albinus f reddit, ut invitaret fideles ad Deum deprecandum, cavendo malam invitationem Herodis, qui congregavit scribas, & principes Judæorum g, ut sciret, ubi Christus nasceretur, quem cogitabat interficere. Subdit etiam, Psalmum h, *Deus noster refugium, & virtus*, præpostero ordine cantari, quia priùs adoratus est à Magis Dominus, quàm à Joanne baptizatus. Hoc item pluribus verbis docet de Psalmis Amalarius i, Versum talis ordo non est in officio nostro Romano. Alia redditur ab aliis k ratio, cur omittatur in Epiphania invitatorium, ut ostendatur, quòd Ecclesia in primitiis suis venit de Gentibus ad Dominum non invitata, nec vocata per præconem aliquem, sed sola stella duce; vel quia hæc ipsa stella, nimirùm fides per eam significata, nos invitat: in tertiò autem Nocturno cani Psalmum invitatorium, *Venite, exultemus*, quia in tertio tempore, videlicet gratiæ, sufficienter demum invitata est Ecclesia de Gentibus, dataque gratia in plenitudine. Rectè quidem ista, sed non minùs hic noster Psalmus, quàm ille alius invitat.

Vix alius est Psalmus tàm varié tractatus, & quem pluris nostris faciant. Didymus magna dicit continere mysteria; & numerum ipsum ejus mysticum esse, quia virtute hebdomadas est, & colligitur ex consequentibus numeris invicem compositis ab unitate usque ad Septenarium: & quadrangularis est, cùm singula ejus latera ex hebdomade constituantur; & post senarium perfectus, quippe propriis partibus suis constans, quoniam dimidium est numerus dicimus quartus, quarta pars septimus, septima, quartus: decima quarta secundus, vigesima octava unitas: quæ partes in unum collectæ prædictum numerum conficiunt. Virtutis numerum ipsum vocant: de quo plura in Mysteriis numerorum Petrus Bongus. Hieronymus l verò ipse Mysterium quoque nonnullum de Psalmo isto agens, in eodem ejus numero agnovit, scribens in illo concini omnia baptismi salutari, & Ecclesiæ mysteria. Equidem non istis arithmeticis mysteriis magnoperè delector, servio tamen interdùm alieno palato. Athanasius m, ut doceat in Psalmis agi de cunctis rebus, de quibus in libris aliis legeris, probat inter alia argumenta, quia in hoc agatur de aliis, quæ sunt sacerdotii, & tabernaculi.

i Præfat. in c. 17. Isa. & Epist. 135.

Athanasius quid super hoc Psalmo probet. m Tract. de interpret. Ps.

Aqui pro situs finis esse in offerentibus debet, quum laudibus, & canticis: quoniam talibus sacrificiis delectantur Deus, non autem ita vel per se victimis externis. Mysticus sensus.

Asserte Domino filii Dei, &c.] Invitat Sacerdotes, ac Levitas præsertim, qui peculiariter filii Dei sunt, quia ejus hæreditatem possident, ut offerant solemniter secundùm officium suum agnos: tùm etiam reliquos Hebræos, quos Deus de Gentibus peculiarem populum, & tamquàm primogenitum n filium elegerat, ut & ipsi ad tabernaculum accedentes afferant pariter agnos in oblationem. Hæc res in gloriam, & honorem cedit Dei,

n Exod. 4. 22.

Mysticè, ut præmonui, dirigitur ad Evangelii prædicatores sermo; ut qui propiore quodam jure filii sunt Dei, nitantur ad eundem plures aggregare Domino gregi; velut imitatores, ac *filios arietum*, hoc est, ducum ejusdem gregis, videlicet Apostolorum, & Prophetarum. Sed & fideles cuncti provocantur, ut sese afferant, ac offerant Deo, tamquàm filios eorundem, illorum fidem, atque mores exprimendo in se, voce, ac vita Deum honorantes.

Rectè premittitur hæc invitatio vel ante laudes potentiæ divinæ, quæ hic subjiciuntur, vel divinæ vocis, per quam consummatur, perficiturque tabernaculum: quod est Ecclesia mater, filiorum Dei, quos decet pro sanguine agni, quo redempti sunt o, agnos offerre, id est, te ipsos, moribus referentes hujusmodi animalia, ut paullò post dicam. Æmulatus videtur Isaias, p hunc locum: *Omne pecus Cedar, congregabitur tibi, arietes Nabajoth ministrabunt tibi: offerentur superplacabili altari meo, & domum majestatis meæ glorificabo.*

o 1. Petr. 1. 19. Apoc. 1.

p c. 60. 7.

Asserte Domino filii Dei, asserte Domino filios arietum.]Hebr. non aliud legitur quàm הבו ליהוה בני אלים *Hauu lai hvah bene elim*. Hæc in Biblus Regius ex editione Hieron. ita vertuntur: *Asserte Domino filii Dei*, omisso sequenti membro. Sed Marianus Victorius in Psalterio Hieronymi ponit secundum, & omittit primum: quod facit quoque Trevetus. Eusebius negat membrum primum extare juxta Hebræorum traditionem, sed apud Lxx. obelo notatum, nec apud ceteros Interpretes extare. Basilius testatur se in multis exemplaribus additum reperisse. Vel in libris, quibus usi sunt Lxx erat utrumque, ut innuit Basilius: se alterum posteà excidit: vel eorundem verborum Hebræorum altera interpretatio in margine posita irrepsit in textum: vel ipsimet Lxx. utriusque interpretationis auctores fuerunt, nam אלים potest significare tùm *deos*, tùm *arietes*, & medo sequitur per יוד *jod* post א *aleph*, modò sine illo: præterea אול *el*, & אל *El*, *Deus* est: *aries aiil*: utriusque autem plurale vel אילים *elim* vel אילים *elim*. Nec desunt in editione vulgata loci, in quibus duæ interpretationes ejusdem sententiæ simul reperiuntur in textu.

In mitra cornua geminia, in fronte Mosis, quid denotent. d Exod. 34. 29. e Isa. 1. 29. f v. 32. g Ephes. 5. 1. h 1. Cor. 11. 1.

Asserte.] Hebr. הבו *Hauu* à themate יהב *jahab* valet *venire*, dare, afferre. Quare differt à נתן *nathan*, quod non quovis modo dare sit, sed etiam afferre, idque ita, ut interùs illius, qui dare postulatur, vel dat. Diceremus magis propriè Latino verbo, *Cedo hos*, aut illud, vel *ejа, ago, quaso*; nimirum adhuc, affer, da. Quemadmodum porrò ex eo, quòd Deo jubemur afferre, ac dare *filios arietum gloriam*, &c. non sequitur ullo modo agere rebus nostris, vel esse inferiorem; sic quando Pater quidquam dare dicitur Filio, Cyrillus q rectè monet non effici, ut hic sit inferior illo.

i Apoc. 17. 15. k c. 8. 3. Symbolum principis ac rebi sarius. l Iob. 1. 5.

q a. in Isai. c. 140. Cyrilli observatio.

Filii Dei.]Hebr. nomen plurale אלהים *elochim*, idem, & unum Deum significat, sicut אלהים *elohim*, idque, ut multi putant, propter personas Trinitatis Communicatur tamen etiam eadem vox Angelis, quorum Dhic Paraphrastes exponit cœtus, nec non in Isaiam Hieronymum, & Principibus viris, & fortibus, & stellis, quas intelligit Rabbi Aben Ezra, *filios Dei* adoptione intelligimus, qui sunt etiam angelici, fortes (μεγαλωχίας Apollinarius nominat) principes, five cunctos, litoliæ; terales, quas in simili huic loco Psalmi XLV. /πατρικὰς liarum, vocant, *patrias Gentium*, ut etiam declarat Eusebius in expositione præsentis loci. Tales maximè modestos, pios que oportet esse, ac exemplo præire inferioribus. Sed & cuncti homines dignitate præcellentes inter creaturas alias pluſquam aliæ auctoris debent honorem, & potentiæ ipsius operibus reverentiam.

r Præf. in c. 29. fo. 7.

Moneat nos præterea verba ista, ut observat Basilius, non cujusvis donum Domino Deo esse acceptum, sed qui corde puro illud offerat: ideò nos priùs debere esse filios Dei; deinde ultroneos accedere ad offerenda dona, & quidem quæ sint ab eo ordinata hoc est, consentanea voluntati ipsius; & hac de causa jussisse Christum nos oratione principio dicere s: *Pater noster*; deinde petere, ut scrutemur, an digni simus, qui Deum sanctum patrem

s Matt. 6. 9.

Diversa diversorum hominum hostia.

a Lev. 4. 22.

b Isa. 53. 7. & alios,

patrem vocemus. Quæmadmodum in lege vetere diversa hostia principis a erat, sacerdotis, pauperis sic in nova convenit distinta filio, mercenario, sive servo, ut Ricardus S. Victoris docet. Solus filius offert, inquit, libenter, ac spontè: & qui tamquam ovis ad occisionem ducitur, atque sicut agnus coram tondente se obmutescit b: vir nimirum religiosus, atque patiens inter filios Dei numeratur, qui offerunt *filios arietum*. Servus pro terrore gehennæ offert columbam gemebundam, sive turturem: mercenarius petulantiæ hœdum, ne mercedem amittat. Prolixum illum Ricardi de hoc Psalmo Tractatum Religiosis, maximè novitiis accommodatum, censeo valde dignum, quem Religiosi attentiùs legant. Omnem autem adoptionis gratia filium Dei rectè Chrysol. c monet, quòd cœlestis pater sentit amorem donis, dantis affectum, probat muneribus caritatem: filium revera se nescire, visceribus carere ingratum esse patri, qui auctorem vitæ suæ non obsequiis placat, non devincit cultu, muneribus non honorat.

c Serm. 10.

Filios arietum.] Agni sunt *filii arietum*; *arietes* gregis ducet, qui dicti sunt priùs peculiar quodam modò filii Dei invitati, ut semetipsos offerent Deo quam provocantur ad alios aggregandum Deo; & ad generandum eos per bonam institutionem doctrinæ, ac exemplum vitæ, quæ sunt ad arietandum cornua duo fortissima. In mitra Episcopali cornua gemina denotare Alcuinus ait duplex Testamentum, quo pugnat Episcopus adversus Hæreticos: Addit Hugo Card. cornua Mosis in vultu d. Nulla frequentior, usitatiorque victima, quàm agni, præfigurans illum, qui tollere debebat *peccata mundi*, e, & qualibus nos moribus esse oporteret: qua de re dixi capite octavo Actuum Apostolorum f. Imitatores omnes Dei oportet esse, sicut filios charissimos g: imitatores Apostolorum, sicut & ipsi fuerunt Christi h. Hebræa quoq; phrasi *filii arietum* dicuntur arietes: & hi possunt significare principes vires, ut sit sensus; Vos ò filii Dei Apostoli, & Apostolici, adferte ad Dominum principes Gentium: nam paullò post, *Vox Domini super aquas* prædicationem potest denotare tùm Joannis, tùm Apostolorum ad populos: quia *Aquæ multæ*, *populi multi* i. Apud Danielem Symbolum principis, ac regis, aries est k.

d Exod. 29. e Isa. 1. 29. f v. 32. g Ephes. 5. 1. h 1. Cor. 11. 1.

Job, *l* aries bonus filios tamquàm agnos offerebat quotidiè Deo, dum sacrificabat pro illis, & mittebat ad eos, qui convenire juberet ad sacrificium benè priùs dispositos, ac præparatos. Dignus lectu Chrysologi sermo *m*, pro his utens verbis invitat, & hortatur omnes, ut qui possunt filios afferant Deo, ideòque, ut regenerandos per baptismum, quos spontè venire, aut necessitas vetat, aut ætas impedit, aut ignorantia retardat, aut tenent vitia, aut delicta remorantur, aut spectatio decipit, aut fallit confusione paupertas. Observatur etiam dignum, quòd quos *filios* appellavit Psalter, Dei, non Deos, quod sibi mortales quidam nomen arrogaverunt, ne adhùc insolescant, non per naturam, sed per gratiam, ejusnempe, qui se abdicare dominio erga illos non potest. Deinde tùm exigit à talibus, huc est, à principibus, atque potentibus sacrificia, quandò narraturus est terrifica Dei opera in concitanda tempestate; ciendis, torquendisque fulguribus, ac tonitruis: ignibus jaculandis: confringendis, atque convellendis proceris, atque robustissimis arboribus; sylvis decutiendis, decorticandis, nudandis: terrendis, & sternendis vitulis, cervis, unicornibus: præterea in pluendo, ningendo, grandinando. Tunc, inquam, quandò tropologicè loquendo ista facit omnia Deus, calamitatibus nos veluti adobruendo, laudandus maximè, & agnoscendus tamquam Dominus, rex, sedens in æternum, qui virtutem det, ac benedictionem quum pace iis, qui sese patienter, fortiterque gesserint. Terribilis est Deus auferens spiritum principum, terribilis apud omnes reges terræ n. Idcircò vovendum, & reddendum quod voveris, ac afferenda ad ipsum munera o.

Observanda hoc loco.

l Iob. 1. 5.

m Serm. 10.

n Psal. 75. 13.

o Ibid. 12.

Asserte Domino gloriam, & honorem.] Hieron. *gloriam, & imperium*. Dicere potuit etiam (*& fortitudinem*) quod valet עז *hhoz*, quàm vocem in Psal. VIII. p Lxx. reddiderunt, *laudem, perfecisti laudem*; & in Psal. LXVII. q. quod legitur, *Date gloriam Deo*, & ita quoq; vertitur à Hieron. Hebr. est עז *hhoz, fortitudinem*. Hi

p v. 3.

q v. 33.

sunt *arietum filii*, hi laborum vituli r, quos offerre debemus, & gloria, honorq; qui offerendus est Deo, debet esse confessionis, ac laudis, potentiæ, atq; imperii ipsius: qua de re in toto Psalmo deinceps agitur.

r Osea 14. 3.

Pro *honore*, Aquila ῥώμην, *robur*, Symmach. expositè δύναμιν, *potestatem*, & *nim*. Magna gloria hominis, honorque, quòd magnus Dominus gloriam sibi, & honorem dignetur afferri ab eo, qui terra, & cinis est: imò quòd exigat etiam, dicens s: *Filius honorat patrem: si ergo pater ego sum, ubi est honor meus?* Subdit eo loco Malachias arcem reprehensionem de polluto, & maneo sacrificio. Rectè hic à filiis Dei exigitur gloria, & honor: nam *filius sapiens doctrina patris* t: & qui vident opera bona, glorificant Patrem cœlestem u: qui prævaricantur, Deum in honorant x; proterque illos blathematur nomen ejus y: ac mali mores in eum regerisolent, ait Basilius, & resilire, qui domui præsidet, demptaq; gloria Deo, tribui creaturæ, ac Diabolo censetur Dei inimicus. Utitur Basil. similitudine ducum duorum, qui convenerint inter se, ut is retulisse censeatur palmam, cujus agmen ex altero reportarit victoriam: ad eundem modum in nostris benefactis Deum esse, qui laudatur, in his quæ perperam agimus, adversarium.

Similitudo ex Basilio.

s Malac. 1. 6. t Prov. 13. 1. u Mat. 5. 16. x Rom. 2. 23. y Ibid. 24. Isa. 52. 5.

In Concilio Toletano IV. z decernitur sub communionis jactura, i. e. sub excommunicationis pœna, ut in fine Psalmorum, non sicut eò usq; à quibusdam, *Gloria patri*, sed *Gloria, & honor Patri* diceretur: quia sic David dixisset: *Asserte Domino gloria, & honorem*: & quoniam Joannes Evangelista in Apocalypsi, a audivisset vocem cœlestis exercitus, dicentem: *Honor & gloria Deo nostro sedenti in throno*: ut propereà hæc duo sic oporteat in terris diei, sicut in cœlis resonant. Eodem vero modò dicitur in Missa Mozarabum, quæ appellatur etiam S. Leandri, & qua usa est Hispania usque ad tempora Alponsi VI. Sed concilium fuit provinciale: & Ecclesia nunc omnis omisit nomen (honoris.)

z c. 14.

Missa Mozarabum.

a c. 5. 13.

Vers. 2.] Afferte Domino gloriam nomini ejus: adorate Dominum in atrio sancto ejus.

PRioris versus ultimum membrum quum isto versu aptiùs nectitur: continent enim sensum eundem, ut scilicet gloria nomini Domini afferatur: & exteriùs etiam curvatis genibus adoretur in atrio tabernaculi, vel templi: intra cœtum Ecclesiæ: in Ecclesia materiali, denique ut peculiariter in cœlo moratur. His modis Patres *atrium* sumunt: Basilius, præsertim secundò & quarto: Athanasius, secundo: Augustinus mysticè addit dilatatum, & sanctificatum cor. Ad literam *atrium* locus erat, quo licebat adorantibus, & offerentibus lacrificiæ, ingredi, ubiquoque die, ut in Tituli expositione diximus, octavo festi, collecti consummata jam festivitate discedebant.

Gloriam nomini ejus.] Ita etiam Hieron. Ceteri Græci εὐπρέπειαν ὀνόματος, *decus*, aut *decorem nominis*. Et est sensus: ut afferatur Domino gloria debita nomini ejus, digna nomine ejus, ut secundùm nomen sit & laus ejus, *b* h. e. ut celebretur quantum fieri potest, majestas, ac potentia, ceteraque attributa ipsius.

b Ps. 47. 11.

Juxta puncta Hebræa בכור שכו *chuodschemo*, dicendum esset: *Afferte Domino gloriam nominis ejus*. Legerunt alii בכור *chuod*.

Multa nimis Arias de טם *schem*, de Latina voce *nomen*, & Græca ὄνυμα, has duas deducens à Cymbrica *nomen*, quod ait esse *accipere* & *participare*: præterea de יהוה Judicio, quia nonnullis fortassis alio judicio, quàm meo, habebuntur jucunda, vel etiam utilia. Ego tantùm non pro vanis habeo, ut quæ Becanus, de hujusmodi vocibus philosophatur.

Athanasius, *c* probat personas Trinitatis ex simili loco Psalmi nonagesimi quinti, quia si una esset tantummodo personæ gloria, sic debuerat (Psalmus) intimasse: *Asserte Domino patri agentium: asserte ei gloriam, & honorem: asserte Domino gloriam nomini ejus*, & non repetere vocem (Domini.) Sed fateor argumenti vim exiguam esse, nam de Christo intelligunt omnia alii, ut Cassiodorus: & repetitio ad emphasin, atque affectum va-

c lib. de Vocatione Dei, Personas Trinitatis unde probet Athanasius.

valet: quemadmodum, & verbi (*offerte:*) quod Hugo Card. repeti quater ait ob tres personas, & essentiam unam. Addit idem oblationem quadruplicem: animæ, quæ Patri, corporis, quæ Filio; vocis, quæ Spiritui S. omnium simul, quæ fiat Trinitati per sacrificium cordis, ac voluntatis contritæ: justitiæ, & operis: laudis, in prædicatione, & hymnis, & adorationis, & incurvationis, seu genuflexionis.

Adorate.) Satis jam dictum alibi de *adorandi* verbo; prout Græcè quoq; ac Hebraicè dicitur: & quòd *adorario*, præter genuum, & corporis incurvationem, sumatur pro reliquo cultu religioso, etiam pro sacrificiis.

In atrio sancto ejus.) In Psalterio Romano, & apud August. *In aula sanctâ ejus.* Unde in officio Epiphaniæ sumptæ antiphonæ, aut versiculi: in editione Hieron. *in decoro sanctô*: quod Aquila reddidit *ἐν διατρητῷ ἁγιασμῷ, in decoro sanctificato.* Symmachus, *ἐν ἁγίᾳ, sanctô* Hebr. כתרדקדש *Becbadrathkodesch*: Legerunt Lxx. dùm verterunt *ἐν αὐλῇ τῇ ἁγίᾳ, in aula sanctâ*, חדרת *chadratb*, ut suspicatur Bellarm. Fortasis potiùs חכרת *chodereth*. Quamvis hoc dicitur esse participium significans *penetrantem*, vel percutientem in penetralibus; & priùs nomen extat, sed חדר *cher*, *aut* חדר *chadar* pro cubiculo, adyto, penetrali. Quæ res non ita congruit atrio, liberiori, ac apertiori loco, ut intimo tabernaculo.

a Aula quid sit. *a* v. 8.

Verisimiliter ergo Bredenbachii conjectura de חצרות *chatsaroth*, quod propriè *atrium* significat. Habebat atrium tamen etiam decorem, quem ie David dilexisse cecinit Ps. xxv. *a Aula*, ut Latinè ulurpatur, idem est interdum, quod Græca dictio αὐλὴ, qua sunt usi Lxx. nec solùm habet sonum istius, ut quidam *b* docent. Dicunt Latini *aulam*, cui simile præterea Hebr. vocabulum אולם *ulam*, non solum αὐλὴν, periistilem ventis domum, subdialem locum, qui vocatur etiam hypethrus, authy pæthrius, quasi sub æthere, sicut ille sub dio, h. e. Jove: & solet esse sine tecto. Idem valet αὐλὴ & ut apud Latinos simul, triclinium prægrande, quam *stlam* vulgus vocat, domum amplam, & regiam, deniq; atrium etiam. Meminit sæpè Scriptura de atrio templi, tùm verò, & in Psalmo xcv. *d* repetitur eadem ista sententia. *Adorate Dominum in atrio sancto ejus.* De quadruplici templi atrio Sacerdotum, laicorum, mulierum mundarum, omnibus, communi, etiam Gentilibus, nil tunc attinet dicere. Legendi qui templum describunt de nostris Ribera, Villalpandus, Barradius, ex antiquioribus Antoninus *e*. Mitto etiam agere de profanarum ædium atriis, seu anteriore illarum parte, quæ dicebatur quoque *vestibulum* Undècumque derives *atrii* vocem, aut ab Atriatibus Tuscis, aut à terra, aut ab atro: locus erat, quem relinquebant, Græci exceptis *f*, inter fores domus, viamque, ubi adventantes consisterent, antequam admitterentur. Proposito convenit solum templi atrium.

b Bellarm.

c Athena. l. 5.

d v. 9.

e 1. p. tit. 3. *de summa Trin. 3. Aug. Atrium* quod et unde dictum.

f Vitruvius l. 6. c. 10.

Hinc discimus, opportuniorem adorationi, & orationi locum esse religiosè ad hoc ipsum consecratum. Sic argumentatur Auctor operis imperfecti *g*, moueus, non reprehendi à Christo *h* orantes in conventu hominum, sed id facientes, ut videantur, & colligant alienam laudem. In media Ecclesiæ multitudine solus orat, qui unum in mente, tamquàm in atrio quærit Deum. Ricardus Victorinus *atrium*, claustrum monachale interpretatur; mentem, animumve, Basilius, Augustinus, & alii.

g Hom. 15. in Mat.

h Mat. 6. 5.

Vers. 3.) Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit: Dominus super aquas multas.

MEritò offerendæ Deo oblationes, & sacrificia: meritò honor et, ac veneratio exhibenda: meritò laudibus, hymnisque celebrandus. Etenim declarat eximiam potentiam suam in multis effectibus naturalibus circa Aquam, Aerem, Ignem, Terram. Quoties vult, voce tonat magna, mi abiliter, terribiliterque, nimbos, ac imbres excitans: commovet præterea maris abyssos, super easdem infremens, ut olim quum per mare Rubrũ traducto populo suo demersit Ægyptios, aquis etiam adhùc in nube pendentibus, horribilis velut vociferatione immugit. Item initio mundi *Spiritus Domini ferebantur super aquas i:* firmamentum factum est in medio aquarum invicem divisarum *k*: aquæ quæ sub cœlo erant, unum in locum congregatæ sunt, idest, in cavernas, & apparuit arida *l*, redditaque terra habitabilis. Justio divina, qua facta sunt ista, & vox vocatur tonitruum: quia sicut prosternit nos tonitruum, ita cesserunt imperio Dei aquæ: sic exponit Trevetus.

Exod. 14. 28. & seq.

i Gen. 1. 2. Ibid. 7.

k Ibid. 9.

Mysticè *ver* hæc prædicationis est ad populos multos *aquis* designatos *m*, aquis ablutos, seu abluendos: cum magna dicendi libertate: cum comminatione divini judicii: cum rerum prædicatarum sublimitate: cum potentes miraculorum: cum dissipatione hujus doctrinæ per omnem mundum: cum adversariorum dispersione: cum pio conversiorum horrore, & sublimi quadam de infinita Majestate opinione: quæ Majestas in carne Christi erat sicut in nube, ita ut vox ejus esset tamquàm tonitruum ex nube.

Mystica interpretatio.

m Apoc. 17. 15.

Exordium cepit prædicatio, quando in Jordane ipse met Deus, postquam baptizatus est Christus à Joanne, qui ibi quoque prædicabat, evangelizavit toti mundo, Christi in esse filium suum *n*, quod est ceu compendium totius Evangelii: & baptismus etiam Christi tunc institutus est, tributa cunctis aquis quodammodò virtute ad regenerandos filios Dei.

Exordium quando cepit prædicatio.

n Matt. 3. 16

Mysticus iste sensus traditur à Patribus: à Græcis quidem de voce Patris in baptismo; à Latinis verò de voce Christi prædicantis tùm per se suos: ex quibus etiam duos *tonitrui filios* cognominavit *o*, immò collegium totum Apostolorum, si Theohoreto credimus, ob admirabilem, atque divinum Theologiæ sermonem. Hieron. epist. 135. explicat de gratia baptismi, in quo baptismo, ut & in alio Sacramento non meritum Sacerdotis attendendum, sed officium, benè colligit Ambrosius *p*, quia *vox Domini super aquas*, & alia Sacramenta. Idem *q* Psalmum totum breviter explicat de baptismo. Adde Nicetam Choniatam, *r*, & Chrysol. *s*. Minacia quasi tonitrua nube Christi exaudita interdum contra Pharisæos, Scribas, &c. anteà Joannis Baptistæ, postèà Petri in Ananiam, & Sapphiram *t*, & Simonem Magnum *u*, Pauli in Elymam, & alios *x*. Nec erit verò, aut difficile, aut etiam ineptum, quæ hic de voce dicuntur, omnia de clamore *y* illo Christi in cruce interpretari per accommodationem. Quadrare quoque possunt clamori, quo Lazarum suscitavit *z*, & quo coget omnes ad judicium *a*, quandò adventus ejus erit, ut fulgur, & quo milites dejicit *b*.

Mysticus sensus.

o Mat. 5. 17

p Ser. 2. de initiis c. 5.

q Ser. 160.

r 3. Thesan. c. 1.

s Serm. 1. de tribus Epiph. seu de Bapt.

t Act. 5. 4. & 10.

u Act. 8. 20

x Act. 13. 9. & seq.

y Mat. 27. 46. Heb. 5. 7.

Accommodatitia interpretatio.

z Ioan. 11. 43.

a Mat. 24. 27

b Ioan. 18. 7.

Illustrat literalem sensum de aquis, prout ea Deus in mundi principio constituit, locus Ps. CIII. *c*, *Abyssus sicut vestimentum amictus ejus, super montes stabunt aquæ*, id est, terram undiqi quasi vestiebat immensitas aquarum, ita ut hæ starent super montes. *Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes, & descendunt campi in locum, quem fundasti eis.* Idest, imperante te quasi tonitru percussæ, & id fugientes, recesserunt aquæ, tuncque montes perinde ac si primùm existerent, apparuerunt alti, & campi depressi. *Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque convertentur operire terram.* Hoc est, non solùm vocis divinæ jussione abierunt, ac habitabilem terram reddiderunt, sed ab eadem voce acceperunt suum terminum, quem transgredi numquam illis licebit. Cognationem habet illud præterea: *Dixit, & stetit* d *Spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus ejus.* Nec incommodus de hostibus Davidis sensus significatus *f*: quemadmodum; & pro potentia Dei exterrentis, ac dissipantis illos, terror vocis, fulguris, ac tonitru assumiturg.

Literalis sensus de aquis illustratus ex Psalmo CIII.

c 2. 6. 7. 8. 9. 10.

d Ps. 106. 25

e Eugubini, & Agellius.

f Ps. 44. 6. Ps. 143. 7.

g Ps. 17. 14. 15. & Ps. 143. 6. 1. Reg. 2. 10. Isa. 30. 30.

Dixi Psalmo decimo septimo *h* quantùm incutiant mortalibus tonitrua fulguraque terrorem, & quo pacto tenebrosa aqua in nubibus aeris, tonante, ac dante vocem suam Deo, apparuerunt voces aquarum. In historia quoque Regum, *i* narratur, Eliam sonum pluviæ multæ audiviſſe, postquem cœlis contenebratis, & nube, ac vento concitato, facta est pluvia grandis.

h v. 8. 9. 10. *i* 3. Reg. 18. 40. & seq.

Vox Domini super aquas.] De vario sensu literali, atque mystico egi. *Vocem* aliàs docui pro in animata quoque accipi *Vox* etiam *Domini* vocem significat magnam; sicut apud Ezechielem, *k sonus sublimis Dei.* Concedo præterea Basilio aliquandò pro conceptione quadam interius immissa, sive sono sumi; ut quum sibi quis audire

Vocis nomen pro inanimata Domini vox quid sit.

k Ps. 1. 24.

dire somnians videtur; ac ita posse intelligi voces, quas A Prophetæ scribunt ad se factas. Non recipio Genebrardi expositionem illam inter alias, ut *vox super aquas multas* sit, plusquam aquarum multarum, seu major sonoquarum multarum. Non hoc significant præpositiones על *bhal*, & ב *b*: & quidem hæc præcipuè cum Genitivo, qui est hic. Magis ferri potest id ab Hugone dici, aut aliis, qui peregrinas linguas non tenebant. Unde ille, ut solet, elicit tropologiam, prædicationem verbi divini esse superiorem doctrina: quam possint homines per sese habere: mores quoque prædicatoris superiores moribus aliorum esse debere. Cetera lege apud eum, si cupis: ut & Spiritus Sancti dona septem, inverso ordine ab eo *a*, quem Isaias servavit, quod prior Glossa observaverat ex Hieron. Gregorio, Cassiodoro. Sunt etiam, qui *vocem* septies hic repetitam ad Sacramenta septem accomodant: *super aquas*, ad Baptismum: *in virtute*, ad Confirmationem: *in magnificentia*, ad Eucharistiam: *confringentis cedros*, ad Pœnitentiam: *concutientis desertum* ad Ordinem: *intercidentis flammam ignis*, ad Matrimonium: *præparantis cervos*, ad extremam unctionem. Aquarum miracula plurima; multa prætereo, de quibus in libro de baptismo Tertull. & in prolixo Opere Hydragiologiæ Marsilius Columna Salerni Episcopus. Ratione illorum *vox Domini super aquas* dici potest. Idem Tertull. *b* marinam (sic loquitur) expeditionem Christi, quando ventis imperavit, ac mari *c*, prædictam hisce verbis asserit. Citat ad diem Habacuc d: *Disperges aquas itinere*, & Nahum e: *Comminans mari, & arefaciens illud.* Cur *aquas multas* populos multos Angelus Joanni dixit esse? ratio est, quoniam semper fluunt, fluitautque invicem sibi succedentes, & ad mortem properantes cum sonitu, circumferuntur ventis opinionum: *Omnes q mortimur*, ait ille, *& sicut aquæ dilabimur in terram*: *Va* h *multitudo populorum multorum, ut multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum.* Respectu Hebræorum dictæ sunt Gentes *aquæ multæ*, quia multò plures, & multò facilius conversæ sunt, veluti fluentes ad Christum, ut prædixit Isaias *i*. Quivis intra se fluctuans variis cogitationibus, ac desideriis aquas videtur gerere. Voce opus Dei ad tantos fluctus compescendos. Et voce quidem torrentis in mortem tonitrui, ut subtiliter annotat Ricardus; distinguens Deum tonantem ut Deum, per sola temporalia mala *s* & ut Dominum, quando minatur æterna.

Tropologia.

a c. 11. 3. *Vox hîc* ter pies repetita, ad septem Sacramenta relata. De aquarum miraculis.

b 4. con. Mar. c. 20. Marina. Christi expeditio prædicta hoc loco.

c Luc 8. 26.

d c. 3. 15.

e c. 1. 4.

f Apoc. 17. 15.

Populi multitudo aquæ appellantur *aquæ multæ.*

g 2. Reg. 14. 14.

h Isa. c. 17. 12

Gentes respectu Hebræorum dictæ sunt aquæ multæ.

i c. 2. 2. & seq.

k Sereno. 2. Clementis Alexandrini interpretatio *Vox* ista ad Joannem Baptistam aptè translata.

l Isa. 1. 23.

m Mat. 3. 3.

n Hydro. Luc. 3. 4. & seq.

o Mat. 24. 4.

p Isa 1. 27.

q c. 3 27. & seq.

r c. 1. 20.

s Mat. 3. 12.

Clemens *k* Alexandrinus *vocem Domini super aquas multas* explicat, quòd non per duo Testamenta dumtaxat, sed etiam diversis modis doctrinæ Græci, ac Barbari adduci possint ad justitiam. *Vocem* præterea istam, ac sequentes, ad Joannem Baptistam, qui *vox* nominatur *l*, non ineptè transfert Basilius, & Didymus, qui super Jordanem prædicationis emisit vocem, tuncque Dominus majestatis intonuit, edens Christo Filio testimonium *m*, ut anteà vidimus. Fuit *vox in virtute*, pœnitentiam constanter prædicando *n*, & peccatores reprehendendo, ne rege quidem excepto *o*. *Vox in magnificentia*, tàm magnificum de Christo reddendo responsum, ut nec se dignus duceret, corrigiam calceamenti ejus solvere *p*; adeò multa de illius laudibus palàm dicendo *q*, & tàm exaggerate Christi à se titulum removendo *r*: *vox confringens cedros*, complanando, ac exæquando superborum etiam corda ad adventum *s* etiam Christi: vox *intercidens flammam ignis* verborum suorum ceu fulgetris comminando, dum de futuro judicio mentionem faciebat *t*, & flammam libidinis in Herode restinguere conando u: *vox concutiens*, & *commovens desertum Cades*, idest, sanctitatis, quia sanctitate ipsa vitæ, non oratione dumtaxat prædicabat in deserto: & alios ad sanctitatem exhortans: *vox præparans cervos*, docendo rationem scandendi montem regni cœlestis, & cervas parere faciens felici nixu contritionis.

Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.

k Sereno. 2. Clementis Alexandrini interpretatio *Vox* ista ad Joannem Baptistam aptè translata.

l Isa. 1. 23.

m Mat. 3. 3.

n Hydro. Luc. 3. 4. & seq.

o Mat. 24. 4.

p Isa 1. 27.

q c. 3 27. & seq.

r c. 1. 20.

s Mat. 3. 12.

t ibid.

u Mat. 24. 4.

Deus majestatis) Hieronymus, *gloriæ*: sed δόξης & כבוד *chaved*, eo modo alibi æ etiam vertit Interpres. De hoc Dei epitheto diximus in Actibus Apostolorum *y*, cur dicatur Deus gloriæ, nec non Psalmo *z*, vigesimo tertio.

x Ps. 71. 9. Isa. 2. 8. & alibi locis.

y c. 7. 2.

y v. 8. 9. 10.

Vers. 5.) Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.

VIs vocis Domini in aere tanta, hoc est tonitrui, aut venti, ac procellæ, ut robustissimas, celsissimasque confringat arbores, quales cedri, quumquæ quæ sunt in Libano, ubi copiosæ oriuntur, & altissimæ proveniunt, sed mysticè intelligitre fractam arrogantiam, potentiamque adversariorum; sive David, sive populi Hebræi, sive Evangelii. *Vidi*, ait Psaltes *p*, *impium super exaltatum, & elevatum sicut cedros Libani*: *Et transivi, & ecce non erat*: Ambros. * Dæmonum vires confractas exponit Isaias *q* de jectionem superborum, & potentum, cedrorum cum quercubus dejectione, describit, vocans *cedros Libani* sublimes, & erectas. Idem facit Jeremias *r*, Ezechiel *s*, Amos *t*, Zacharias *u*. Et Daniel somnium narrat Nabuchodonosor, cui jubebatur succidi arbor *x*. Apud hos etiam proceritas, robur, duritia, & quædam quasi cedri traditur immortalitas. Vocantur cedri: *Arbusta Dei*, quos ipsemet plantaverit, præsertim in Libano, & quasi umbra vitis, qui est Christus ipse operit *y*, idololatria deleta quæ ibi celebrabatur. Sapientia ipsa suam exaltationem confert cum *exaltata cedro in Libano z*. Ut significaret scriptura Salomonem dis-

Mystica interpretatio.

p Ps. 36. 35. 36.

* *Serm. 1. in Obit. epis.*

q c. 2. 12. c. 37. 24.

r c. 22. 7. c. 27. 5.

s c. 17. 3. 22. 23. c. 27. 5. 24. c. 31. 3. 8.

Cedri propriætas.

t c. 2. 9.

u c. 11. 1. 2.

x c. 4. 11. 20.

y Ps. 79. 11.

z Ps. 103. 16.

seruisse de naeura plantarum omnium, ab altissima usque ad infimam, dixit, *A cedro*, quæ est in Libano, *usque ad hyssopum*, quæ egreditur de pariete *a*.

Rei bonæ symbolum sæpè numero cedrus est, vel arca testis, & ferculum Salomonis, quibus designabantur, judicio Irenæi *b*, undique flavites incorruptibilitatem, & vitam tribuentes animabus Apostoli, Apostolicique viri. Sed bonum, quo abuti quis vult, deteriorem quoque rem significat. Lege Hieron. *c*. Sublimitas cedri, denotat, potentia, aut doctrina, aut opibus magnos: bonus odor, deliciis, ac voluptatibus deditos: densitas & duritia, obstinatos; atque pertinaces. *Ego exterminavi Amorrhæum*, inquit Deus *d*, *a facie eorum, cujus altitudo cedrorum, altitudo ejus, & fortis ipse quasi quercus: & contrivi fructum ejus desuper, & radices ejus subter*: In Iliam Procopius *e* proceras sine fructu cedros docet superbos esse nobis externis dumtaxat elatos, interdum laudari, & exscisas exemplo intervive: videlicet homines imputatis erroribus Idolatriæ, quæ vigebat etiam valdè in Libano. *In judicio exibit ignis, & devorabit cedros Libani* f.

Speciem Sponsi dignam videlicet impetu Sponsa dixit, *ut libani, & electum ut cedrum* g, propter corporis proceritatem cum pulchritudine ob ipectandum decorem cum quodam horrore.

Libani.) Montis nomen ob altitudinem nivium fortassis, quibus jugiter adopertus est *h*, quia לבן *laban, album* significat, & aliter *sanir* dictus fertur, qua si nivosus; vel à thure, quod, לבונה *leuonah*, & Λίβανος vocanti. Tam altus est, ut montes omnium ab Hebræis appelletur, quorum regionem præmittat terræ ab aliis separat, seu Damascenam, Syriam à Palæstina. Præcipuum Judææ Tacitus vocat *i* situm ad Septentrionem Palæstinę, & versus Occidentem ad Phœniciam usque pertingentem. Diodorus consentit *k*. Latiùs patet jugis suis, Galaad Hermon *l*, Sanir, vel Sarion, Amana *m* Antilibano. Hoc ei annumerat Strabo *n*, estque versus Cæsaream Philippi, altitudinis, ac magnitudinis tantæ, ut ipsum per se mons dici possit, licèt cum illo idem, quidquid aliqui malè distinguant, ut omninò dictantes, ac separatos.

Extat interdùm *Libani* vox, *salturve Libani* in divinis literis pro amœno loco, quem Salomon o haud longè Jerosolymis ad imitationem dicti montis construxit, & cedris multis inter alias plantas consevit. Qua ratione Patrum memoria Franciscus Gallorum Rex primus eastrum p sopæ Lateriam leucis ferè tribus *Madriti* nomine, simile Hispan. ædificavit. Quin etiam templum a Salomone fabricatum nomen idem habuisse quidam putant aliquandò, ut Hieron. *p*, quod de ligonis Libani, maximè de cedris, constructum erat, quæ Tyri rex Hiram præbuerat Salomoni *q*; & quia ob altitudinem prætereà, & candorem lapidum procul venientibus mons niveus videbatur, Josephus *r* prodit.

Videri potest civitas tota Jerosolymitana *Libanus* dicta, nimirùm ob ædificiorum, turrium que multitudinem, & celsitudinem, ab Ezechiele *s*, quandò aquilam eandem fingit ad Libanum veniße, ablatum cedri medullam: intelligit enim regem Babylonis invadentem Jerusalem. Sic Habacuc *u* per *Libanum* designat aut me Jerusalem, aut ejus templum, quum scribit, *Iniquitas Libani operiet te*, h. e. Vastabaris Babylon, quia vastasti Libanum, nempè Jerusalem, ac templum. Postremò Zacharias x ait, *Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas*. Ubi perspicuè templum μετωνυμικῶς intelligi docet Hieron. & Paraphrastes exponit, & Eusebius *y*, qui vult apud Ezechielem sumi pro tota civitate; Cyrillus etiam pro universa Judæa *z*. In ipso porrò nunc monte Libano testes referunt nullas ferè cedros nasci.

a 2. *Reg.* 4. 33.
b l. 3. c. 11.
c in *Zachar.* 11.
d *Amos.* 2. 9
e c. 2.
f *An vere sint trucis cedri superbi.*
g *Jud.* 9. 15.
g *Cant.* 5. 15.
h *Jer.* 18. 14 *Libani denominatio. Altitudo montis.*
i 5. *Hist.* 6.
k l. 14.
l *Ierem.* 22. 6.
m *in Can.* 4. 8.
n l. 16. 2.
o *Libani vox in Scripturis pro amœno loco.*
o 2. *Reg.* 7. 2. *Isaiæ* 2. *Cant.* 3. 5. 7. *Castrum Madriti* nomine *Francisco rege extructum.*
p in *Habac.* 2 & *Zachar.* 11. 3. *Reg.* 5. 10.
q *de Bello Hierusalem Libanus cur dici potuit.*
r l. 5. c. 17. 23.
s *Loci Ezechielis interpretatio, u. c.* 2. 17.
x c. 11. 1. *Libanus pro templo. Hierusalem.*
y *de Demonst.* c. 6.
z in *Zachar.* c. 2.
Cedri nunc in monte Libano ferè nullæ.

Vers. 6.) Et comminuet eas tamquàm vitulum Libani; et dilectus quemadmodum filius unicornium.

MAgna facilitate cedros confringet, atque comminuet Dominus, quàm nempè facilè tener, ac delicatus, in eodem Libano natus, et pastus vitulus discerpi potest, nec non unicornis pullus adhùc apud parentes agens, quibus percarus est, aut quàm levi negotio subsilit per libani montem vitulus, et præterea parvus unicornis. Vel non confringet solùm, sed etiam in infinitas propèmodum partes cedros rediget, sicut olim conflatum vitulum Moses contrivit *a*. Erit autem sive rex, sive populus, Deo sic hostes frangenti, & conterenti, carissimus, invictus, ac insuperabilis, ob receptum ab illo robur in similitudinem unicornis, qui cornu validissimè pugnat, nec expugnari capive vivus potest, ut Psalmo vigesimo primo vidimus, ubi de eadem ierà pluribus egimus, sive de monocerote, ac simul de rhinocerote.

Figuratè, ac mysticè ad vocem prædicationis hæc pertinent, per quam adeò facilè excelsi quique, ac præduti ad humilitatem inflectendi erant, atque à radicibus ipsis quodammodò evellendi, & transmutandi, quàm facilè saltant bestiæ illæ; & imitaturi modestiam Christi qui rectè comparatur cum parvo vitulo ob eamdem virtutem, & quia immolatus est pro nobis. Quod quum fiet, apparebit Christus, qui est dilectissimus Patri, non ampliùs ut vitulus inermis, sed ut filius fortissimi unicornis. Verbà Domini *sunt ignis, & quasi malleus conterens petram* b. His præcipui sensus, sed examinandi ad explicationem sitteræ, adjectis nonnullis altris.

Comminuet) Δεστρωσει. Legerunt forsan LXX. ידקם *jarike* sicut in Psalmo decimo septimo *c*: *Comminuam eos ut pulverem*, non autem ut nunc est ירקיעם *jarkidem*. Aquila συρτρίψει exultabit, i. e. exultare, seu saltare faciet. Symmach. ἐφ' ὑψηλὸν ἅλεσιν, saltare facit. Quinta edetio: συμπτοποῦσα, saltare faciet.

Tamquam vitulum Libani.) Græc. Ὡς τὸν μόσχον τοῦ Δι-βανου, *Tamquam vitulum Libanum*. B. Imus, Euthym. Nicephorus declarant, quòd vox Domini comminuet non modò cedros, sed Libanum montem totum, in quo sunt cedri magna copia, sicut vitulus ille aureus comminutus est, typus destruendæ idololatriæ, ut etiam notavit citans hunc locum Nyssenus *d*, & in Commentariis Theodoretus (quamvis hi duo legant, *vitulum Libani*.)

Secundùm editionem nostram, quam sequuntur alii etiam Græci, nec non Hieron. qui legit: *quasi vitulus Libani*, pretet sensus allatos, Ambrosius e hunc affert, (Tamquàm vitulus arborum fragmenta ventilans, et calcibus stirpes in diversa dilcerpens, vox Domini cedros comminuet.) Id ipsum habetur in Commentario, qui tribuitur Hieron. Quòd illustrari etiam potest Malachiæ *f* verbis *Et egrediemini, & saltabitis sicut vituli de armento, & calcabitis impios, quum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum*. Cui adhùc similis in Isaia *g* capite trituranda montes, & colles, atque comminuendi. Placet Agellio sensus hic, ita ut sermo sit hoc loco de victoria Christi, cujus prædicatione *aqua* Gentilium terræ sunt, *cedri* potestatum prostratæ, ac potentiæ, ut palcas, stipulasque vitulus dissipat: beluæ tyrannorum à populo Christiano ventilatæ tamquam cornu rhinocerotis, idest, potentia, quam Christus, cui dilectus, carusque est, communicavit.

Alius Chrysost. in Barbari Catena sensus est, sicut abique difficultate vivæ radices, seu stolones ac novellæ plantæ recens terræ injectæ, quæ dicuntur μόχοι, & Latinè *vitulamina*, ut in libro Sapientiæ vitimus *h*, revelluntur, & eiiciuntur. Ex Hebr. וידקרם ככטו עגל לבנון *vejarkidem chemo bhegbel leuanon*, propriè significatur, *subsilire faciet eas*, nempè cedros, *sicut vitulum Libani*: vel nomen *vituli* ponendo in Nominativo, & supplendo verbum (saltat) *sicut saltat vitulus, Libanum ipsum totum sublire facier*, nimirùm concutiendo: sed priùs melius: *vitulus* namque *Libani* propter uberatem pascuorum agilior erat, saltabatque melius; & ad quemvis cedrorum stirpitum agitatarum subitò hùc illùc commovebatur, hùc illùc fugitans.

Adhuc aliter distingui posset, ut prima verba, *Et comminuet eas*, pertineant ad cedros, quas confringendas dixerat, quod minùs est: sequentia utique ad finem versus, legendo in Accusativo, *Libanum*, fiet de commotione Libani, perinde ut saltare, & sese commovere vitulus, aut rhinoceros solet: vel loco, *dilectos*, legendo, *sarion*, montis nomen, de tremore quoque istius alteriùs montis, tàm facilè etiam, quàm facilè rhinoceros salit,

Ps. 113. 4. 6 salit, Quæ sententia similis esset illi *a*: *Montes exultaverunt, ut arietes: & colles, sicut agni ovium*.

Sequor simpliciorem sensum initio traditum, ac editioni nostræ faciliùs cohærentem; quidquid sit de alio membro, & *dilectus*, &c. de quo posteà. Nec verò re ipsa discrepat à sensu, quem Hebræa præ se ferre dixi. Etenim dum cedri confringuntur magno impetu, & comminuuntur, fragmenta exiliunt, atque spargunturin varias partes, ita ut saltare videantur instar vituli, aut similis alterius animalis.

Quæ affert Agellius, vera & ingeniosa sunt: nec difficile agi de victoria Christi, saltem mysticè, quàm *b* *Isa.* 9. 5. 12. adumbrant victoriæ Josue juxta Libanum *b*, ab quas saludi Trevetus notat: sed non potest Agellius negare non contentire se hac in re cum editione nostra Latina, & cum Græca, quas tamen in primis oportet sequi, ac rueri. Illud aliud de vitulamine, si faveret Hebræa vox עגל *bhegel*, majorem haberet verisimilitudinem: nec *c* *Exod.* 32. 20. improbabilis ad communtum vitulum aureum *c*, vel ad animalis teneri facilem discerptionem quæ designent frangendum fastum potentium, & sapientium mundi. Veneris sacrificia in Libano. Besimo primo *r*: Hieron. *s* ita quoque *unicornem* hunc *dilectum* sumpsit disputans de manstionibus. Judæi verò etiam *unicornes* dici possunt, quia de una lege superbiebant, unicumque Testamentum recipiebant. Propter geminum cornu, quod affiguant aliqui unicorni, quasi ab eminentiore uno ita nominetur, ut tùm propter alias causas, de quibus dixi Psalmo vi-

d *Rom.* 1. 27 roris sui *d* Deæ suæ exhibent meretrici, ut ita comminuatur tamquàm vitulus Libani, qui est filius Christi contemptertt.

Verùm acquiescamus plurium sententiæ de cedris ipsis confringendis, & comminuendis *tamquàm vitulum Libani*, idest, ut confracti comminutique subsiliant eo modo, quo saltare vitulus solet in Libano, ubi copia

e *Ci* 40. 26. tùm cedrorum, tùm armentorum, nam ait Isaias *e*, quòd *non sufficient ad succudendum, & animalia ejus ad holocaustum*.

Egregiè admodum Ricardus vim divinæ gratiæ docet esset, ut confringat, & comminuat non quaslibet solùm cedros, sed etiam Libani, h. e. non quaicunque dumtaxat elatas, ac superbas cogitationes de opibus, honoribus, nobilitate, doctrina, &c. sed præterea de candore (quem Libanus denotat) sanctitatis: & quidem ut confringat, comminuatque tamquàm vitulum Libani, h. e. ad imaginem humilitatis Christi, qui attritus propter scelera nostra *f*, *veniens de Libano g*, h. e. de cœlo, ubi splendet candor Lucis æternæ *h*, & indè traxit secum splendorem justitiæ, quo ingrediens, mortalitate deposita, induit nitorem gloriæ.

Addit, Samaritanum censeri, qui vitulum talem propriæ voluntatis, ac superbiæ adoret: non Judæum, qui mactabat Deo. Tradit præterea modum, quo spiritualiter ad instar aurei vituli in frusta quis dividatur, & suppositis flammis in cinerem redigatur. Indicasse sit satis: quale & quod alii de martyrio dicunt, quòd adeò libenter tàm multi eu victimæ passi sunt pro Christo.

Et dilectus quemadmodum filius unicornium.) Nolo hærere in excutienda versione Hieron. & Hebraizantium pro, *dilectus*, ידידנים *jedidnim*, ponentium, *Sirion*, qui unum Libani jugum est, alio nomine *Sanir*, vel *Hermon* *i* *Deut.* 3. 9. *Isa.* 13. 11. *Cant.* 4. 8. i. Jam antè dixi, eo modo significari concussionem illius, sicut & Libani montis, ut videantur saltare ad instar vituli, & rhinocerotis. Significat præterea שדיון *sirion*, *loricam* k. Vel eadem vox *dilectum* quoque significat, quod peritissimis credi debet Interpretibus Lxx. vel aliud aliquid legerunt, ut quod Genebrardus, & Agellius judicant ישורון *jeschurun*. Extat in Deuteron. vocabulum istud *incrassatus est dilectus, & recalcitravit, & erit in dilecto principes* m, quod reddit Hieron. *apud rectissimum vex*: præterea in Isaia *n*: (utrumque significat & *rectum*, & *dilectum*, idemque est *rectum esse in oculis alicujus*, ac ei placere.) *Noli timere servo meus Jacob, & rectissimo, quem elegi*. Græcè ὁ ἠγαπημένος, addendo Ἰσραὴλ *Israel*. Genebrardo post Mercerum in Thesauro videtur ישורון *jeschurun*, esse diminutivum pro *Israel*, quasi diceretur *israelus*, aut *rectulus* blanditiæ caussa: quamvis *Israel* scribatur per ש cum puncto in sinistro cornu hoc autem per ש cum puncto in dextero.

Igitur populus Israel sicut antè comparatus est cum vitulo paleas triturante, & comminuente, ita comparatur nunc appellando eum dilectum, ut ait idem Agellius cum rhinocerote, qui cornu ferit, ac ventilat,

Ajukta illam Deuteron. *o* sententiam, in qua utraque comparatio simul ponitur: *Quasi primogeniti tauri pulchritudo ejus: cornua rhinocerotis*, (qui confunditur interdum cum monocerote, sive unicornie, ut dixi Psalmo vigesimo primo *p*) *cornua illius in ipsis ventilabit gentes usque ad terminos terræ*. Hoc receptosensu, erit populus ille typus Christiani Deo dilecti, placentisque quem unum colit; qui populus potentia ducis sui Christi Gentes, ac Idola contrivit. S. Thomas dicit secundùm Hebræos legi, & *Sarion sicut filium bubalorum*. Non vidi qui ראם *reem bubalum* interpretetur.

Communior autem expositio, sive litteralis, omisso Lyrano, qui de Mose declarat, sive mystica, sumit pro Christo *dilectum*, ut ipse similis unicornium filio, suamet potentia hoc fecerit invictus & inseparabilis, unam cum Patre potentiam habens, & improbos puniens. *Dilectum* Pater illum filium nominavit *q*: & est filius unicornium Judæorum secundùm carnem, in qua etiam *q* *Mat.* 3. 17 *c.* 17. 5. interfectus est, ac veluti comminutus, & attritus: tùm propter alias causas, de quibus dixi Psalmo vi-

r *vers.* 22. *f* *Exod.* 32. *mens.* 28. Judæi cur unicornes dici potuerant. Geminum cornu unicorni assignatum, de Christo expositum. *t* *vers.* 22. *ubi vim* 2. *de Bapt. Christi* Unum cornu Christo ut tributu. *u* *Habac.* 3. 4 *&* 1. 8. *c.* 21.

x *Mat.* 3. 17 *c.* 17. 5. 2 *Cano.* 5. 1. 1. *Petr.* 1. 12. *b* *Aug.* 1. 2. *de Doctrin.* Christ. 4. 5. 45. 50. Per originalse peccatum cornu unum homini excussum alterum ut reliquum. *d* *Lor.* 1. 69.

e *Psal.* 43. 6. *f* *Psal* 74. 6 2

D Tandem de hoc dilecto Christo notat dici, quòd confringet, & comminuet cedros, h. e. rigorem, & altitudinem mentis nostræ, sicut de Domino, idest, de Patre dictum id fuerat, quia licèt ratione naturæ divinæ idem faciat, ac eodem modo, quo Pater *g*, tamen Pate- *g* *Jo.* 5. 19. Christus ut homo, & ut dilectus, exemplo humilitatis, & in suavitate quamvis uterque unus & idem *dulcis, & rectus dominus* sit *h*: *suavis, & mitis omnibus invocantibus* cum *i*.

h *Ps.* 24. 8 *i* *Ps.* 85. 5.

Vers. 7.) Vox Domini intercidentis flammam ignis.

TErtia *vocis Domini* vis in igne, quòd flammas dividat, quùm è nubibus quasi è caminis cœlestibus varia mittuntur in terras fulmina horribilia, & terrificabenè admodum interesia, & exacuta, magnaque subtilitate, ac penetrandi facultate prædita: prout etiam cecinit Moses *k*, Deum loquentem inducens: *Si acuero, ut* *k* *Deut.* 32. 41.